

**De hydrophobia contagiosa : dissertatio inauguralis medica ... / auctor
Arminius Seydel.**

Contributors

Seydel, Armin.
Friedrich-Wilhelms-Universität Berlin.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Berolini : Typ. Nietackianis, 1843.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/sqggb9en>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DE
YDROPHOBIA CONTAGIOSA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILIELMA

UT SUMMI

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XVI. M. AUGUSTI A. MDCCCXLIII.

H. L. Q. S.

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

ARMINIUS SEYDEL

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

F. GRAEVELL, med. et chir. Dr.

O. ROLAND, med. et chir. Cand.

O. MEYER, Referend. reg.

BEROLINI, TYPIS NIETACKIANIS.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS

BY

W. H. F. S. S. S.

CHICAGO

1910

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

E. C. S. S. S. S. S.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PIIS MANIBUS
PARENTUM OPTIMORUM

NEC NON

FRATRIBUS
CARISSIMIS, DILECTISSIMIS

H A S C E

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUC

propius aggredienti ad rem propositam materiam par-
am et ingrati lectori rei medicae experto ad disser-
tionem conscribendam elegisse mihi met ipsi videbar.
mirum enim fugit, cognoscendis ac medendis omnibus
e morbis quam attulerint utilitatem et Physiologia et
anatomie, tam comparativa quam pathologica, quibus
auxiliis accuratius ac diligentius usi sunt medici nostri
seculi ad promovendam magis magisque medicinam ad
scientiam rationalem et ad removendam curandi metho-
dam, experientia sola nisam. Quod autem incrementum
haec disciplinae auxiliariis cepit pathogenia et therapia
hydrophobiae? Quod si quaerimus, responsum nobis:
parvum sane, ne dicamus nullum. Neque impedi-
mento erant quaestiones minus accuratae, quam quae in
his morbis sunt institutae; imo observationum accura-
tissimarum tam magnus adest numerus, ut vixdum ea
re poni possit causa successus minus prosperi. La-
terem igitur irritum me suscipere, quis est qui negare
possit, quippe quum relata tantum referre, nihil fere
mihi afferre datum sit mihi; attamen mihi adhuc tironi
mentem venit, hoc themate uti ad conscribendam dis-
sertationem, quum nonnullos rabiei casus in canibus ob-
servare forte mihi contigerit. In opprobrium sane nemo
mihi vertere possit, quod hic et illic verba magistrorum,

aut ex operibus auctorum aliorum collecta, retulerim quia nemo profecto, peracto vixdum quadriennii spatio experientia ipsa tam imbutus inveniatur, ut auxilia modo allata spernere possit. Ac novissimis demum temporibus de nervorum morbis inquisitum est accuratius, cuiusmodi perscrutationes veteribus terra erant prorsus incognita, quum spasmodorum sub nomine promiscue omnia confunderent. Plurima etsi adhuc desideranda restant, tamen fundamentum quoddam positum est nervorum morbis, studiis quidem virorum illustrissimorum **Marshall Hall, Charles Bell, Romberg**, aliorum. Quodsi morbi statum hodiernum, quem tenet in morbis nervorum, pro viribus meis adumbraverim, illi forsitan utilitatem quandam afferam, qui paucis verbis morbi summam cognoscere in animo habent. —

RABIES CANINA, CYNOLYSSON, HYDROPHOBIA CONTAGIOSA S. MIASMATICA.

Est neurosis, quae post communicatum virus rabiosum in hominibus oritur. Contagium, sanguini immixtum, in systema nervorum translatum morbum procreat qui sese manifestat aberrationibus omnis generis functionum systematis nervorum, morositate, anxietate, mania, spasmis et convulsionibus involuntariis modo accidentibus modo remittentibus, praecipue constrictionibus spasticis laryngis et pharyngis, in quibus semper fere aegrotis percipitur ardor, sitis vehemens conjuncta s

etione salivae, quae semper contagii suspicionem secum
 fert. Plurimis in casibus adest hydrophobia, quam ob
 rem morbus in hominibus nomine **Hydrophobiae** de-
 signatur. Attamen si etiam deest hoc symptoma, non
 immere ad aliud transeamus morbi nomen, quum profe-
 ro exstiterint casus, quibus homines, etsi deerat hydro-
 phobia, rabie canina diem obierunt. Intermittere etiam
 narratur hydrophobia, vel transire sub vitae finem in ve-
 hementissimam libendi cupiditatem. Hydrophobia igitur
 saepe symptoma tantum est rabiei caninae, et in multis
 aliis morbis, ut exempla afferam, in Typho, in Diaphra-
 matitide et Carditide, in morbis cordis, in Hysteria et
 in aliis uteri affectionibus morborum, et post iram vel vomitum
 vehementem accedit symptomatica. Rarius inveni-
 tur eam in morbis chronicis, ut in Hydrope, morbis
 hepatis, Diabete, saepius in nervorum morbis, in Hypo-
 chondria, Epilepsia, Tetano, Mania. Dysphagia liquido-
 rum aut idiopathica, aut symptomatica. Dysphagia idio-
 pathica causam sumere potest ab affectionibus locali-
 bus organorum, quae agunt in deglutitione, quo perti-
 nent inflammationes, intumescuntiae, vulnera et ulcera,
 regenerationes partium ad cavum oris et faucium perti-
 nentium. Anxietas in deglutiendo eo forsitan oritur, quod
 cottidem non tueatur epiglottis, unde suffocationis aut
 stridoris aut fictae sensus derivandus.

Hydrophobia num inveniatur idiopathica, quae sponte
 in hominibus oriri possit, non satis adhuc constat, quam-
 vis adsint exempla temporis et antiquioris et recentio-
 ris, morbum rabiei omnino fere analogum excultum esse
 et mortem attulisse. Hunc tamen morbum esse rabiem
 veram **Lenhossek** omnino negat.

Quamvis rabies canum sine dubio inter antiquissi-
 mos sit numeranda morbos, tamen traditiones contagii

in homines translati chronologiam christianam non longe superant, et in Hippocrate neque descriptionem neque notitiam quandam morbi invenimus. Rabies in morbis iis, quorum natura et therapia adhuc sunt omnino ignotae, locum habet primum, quia nihil certi scimus de propria generis canum ad morbum inclinatione, de causis occasionalibus, de sede morbi, neque de natura contagii et de proxima in organismum efficacitate; denique nondum habemus remedia, quae sint probata in morbo jam exulto, plerumque exitum lethalem afferente.

In rebus, quae obsunt, quominus cognoscatur morbus, primum numerandum est, quod morbus perraro tantum observatur, deinde quod experimenta, quae ad veram morbi cognitionem perducere nos queant, revera periculis sunt conjuncta non exiguis. Pleraque observationes etsi valde accuratae has ob causas non satis certae, quum symptomata in genere canum non semper sint eadem, atque raro habemus certa rabiei in animalibus signa, quare errores facile incidere possunt. Itaque observationes sunt ambiguae, errores quod attinet remedium efficacitatem permulti, quum dubium sit, num vulnera sint revera venenata nec ne. Denique nondum satis constat, quemque morsum animalis rabiosi hydrophobiam in hominibus procreare. Nam saliva animalium rabiosorum variis temporibus et variis sub conditionibus magis minusve imo interdum omnino non contagiosa denique conditiones, quibus intoxicatio est facta, veneni deletio chemica applicatis remediis et singularis aegroti ad rabiem dispositio in devia facile perducere nos possunt.

Quae experientia huc usque sancita, haec sunt. Quod pertinet ad causam experientia nos docet, hydrophobiam propriam in genere humano nunquam primitus

se formare, sed tantum eo procreari, quod contagium rabioso animali translatum sit in hominem. Deinde standum, hydrophobiam idiopathicam tantum inventam se in animalibus generis canum. Feles rarius tantum hic spontanea arreptas esse scimus. Contagium rabio- m fixum esse neque volatile atque in quaque morbi riodo, imo per tempus quoddam post mortem conta- osum adhuc esse posse per experientiam satis constat, ippe quum nunquam exhalatione pulmonum vel cutis, la atmosphaera, quae animalia et homines rabiosos abit, procreari morbus possit. Quod plerumque exi- t vehiculum, est mucus et saliva in ore canum colle- im rabiosorum; sed etiam secundum Hertwig sa- a sumta ex oesophago, substantia ipsa glandularum livalium, imo sanguis tam arteriosus quam venosus. abstantia nervorum in vulnera recentia immissa venefi- um nunquam praestitit. Experimenta permulta de- onstrare quoque videntur, ad infectionem cutem lae- m, imo tunicam mucosam epithelio liberatam esse ortere, nam Hertwig inter canes viginti duos, qui- s contagium erat illatum, tunica mucosa adhuc inte- a, nullum rabie esse arreptum affirmat. Percipiendi cultas apud canes et in universum apud animalia ma- r, quam apud homines esse videtur, qui quod spectat individualitatem magis minusve inficiuntur contagio. notum tamen est, quam in re posita sit dispositio opria, quum neque aetas, neque sexus, neque animi na- ra neque vivendi genus influere ad morbi genesin vi- antur. In universum tamen homines valde sensibiles, rvis laborantes resolutis, ad Melancholiam proni, ae- o modo homines pavidi majorem contagii capacitatem bere videntur. Circuitus sanguinis auctior, qui inter- norem vel angorem accidit, praesertim vero diminutio

processus assimilationis, et mutatio morbosa systematis nervorum, aequae ac affectus omnes animum deprimentes contagii periculum videntur augere. Inter causas occasionales, quae non modo rabiei eruptionem accelerant sed etiam venenum insitum organismo excitare et evocare possunt, numeranda sunt animi affectus, horror, timor, ira, hanc praecipue ob causam, quod systema nervorum irritant. Dolores quoque et violationes, praecipue cicatricis, deinde certa vivendi methodus ac lex interrupta, abusus spirituosorum, vehementes corporis motus, refrigerationes post ardorem, denique excessus in venere, morbum organismo jam insitum proferre videntur. Quod causas rabiei in hominibus animadversae attinet, haec nondum satis innotuerunt, neque est exploratum, num rabies spontanea vera sit obvia; quodnam praeter canes genus animalium rabiem propriam communicare cum aliis possit; num rabies primaria idiopathica animalium sola contagiosa sit, an etiam jam in aliis animantia translata contagium propagare possit; num exstiterint porro exempla rabiei translatae ab homine in hominem vel in animal; quomodo et quibus mediis contagium propagetur. Quod morbi attinet formationem et evolutionem, notandum quoque est, num adsint symptomata, quae contagium in corpore esse receptum demonstrant; quomodo differat hydrophobia propria a symptomatice; per quodnam tempus contagium in corpore latere possit.

Pleraque rabiei nomina ab symptomatibus maximè excellentibus sunt indita; praestantissima sunt rabies sive furor, λύσσα, λύττα, et horror aquae vel alius fluidi horror aquae, aquifuga, hydrophobia.

Hydrophobiae contagiosae in nosologia locum vario modo medici definierunt. Alii morbum modo delirii

Innectendum censuerunt, modo convulsionibus, vel ob
 causam traumaticam tetano vel trismo. Attamen haec
 refutatur sententia eo, quod lambentibus excoriatis cor-
 poris locos canibus rabiosis hydrophobia etiam oritur.
 Nec minus erroribus implicitae sunt sententiae aliorum,
 White, qui inflammationem esse ventriculi, oeso-
 phiagi vel musculorum respirationis contendit, Viborg,
 qui febrem inflammatoriam malignam, Waldinger qui
 anthraci similem, Kreyssig qui cordis inflammationem
 respicitur, id quod eo demonstrare conatur, quod in
 morbis inflammatoriis cordis hydrophobiam semper sym-
 ptomaticam observari ait. Aliorum errores excutere lon-
 gum est. De sede et natura morbi sententias has ob-
 servatorum maxime spectabilium afferre mihi liceat. Pa-
 thologi plerique, et antiquioris et recentioris temporis,
 morbum esse dixerunt malum idiopathicum systematis
 nervorum: quae adjuvatur sententia symptomatibus et
 morbi decursu; sed tamen restat, ut definiatur, qua in
 loco positus sit hic nervorum morbus, et quamnam habeat
 naturam. De natura morbi quidam scriptores, conta-
 gium effectum habere deprimentem in systema nervorum
 dixerunt, itaque hydrophobiae resolutionem systematis
 nervorum subesse. Lenhossek tamen symptomata
 inflammationem anomalam demonstrare ait nervorum, statum-
 que inflammationi fere similem. Sententiae quoque de
 parte praecipue affecta in systemate nervorum valde in-
 ter se differunt, si quidem alii cerebrum, alii nervos or-
 ganorum respirationis et deglutationis mali sedem per-
 tinent. Alii contagio rabioso tantum nervos partis vio-
 lenter affectos esse affirmant, et symptomata cetera ab
 his putantur tantum consensualia. Scriptores nonnulli
 maniam animi morbum esse docent, maniam generis sin-
 gularis, quae sequatur actionem auctam et alienatam ce-

rebri, quae cum imaginationibus conjuncta alienationem et mutationem organorum deglutitionis efficere possit. Marshall Hall morbi sedem in sanguine, Goeden in glandularum systemate ponit.

Omnia tamen experimenta hucusque instituta nihil certi hac de re nos docuerunt, et hoc tantummodo constare videtur, rabiem originem ducere a sanguine veneno infecto, et haematoseos processum ita commutari, ut in sanguine oriatur ipso contagium simile, quo vitae et praecipue systematis nervorum functiones irritentur gangliosi. Processum hunc pathogeneticum a veritate non longe aberrare, venenum rabiosum tantum morbum producere, si per vasa sanguinem vel lympham continentia immixtum sit omni sanguinis substantiae, non modo per experientiam, sed etiam per explorationem Hertwigii et aliorum, sanguinem omnium animalium et hominum esse contagiosum, satis innotuit. Tamen hydrophobia neurosis est adnumeranda, quia morbus quum symptomatibus designatur nervosis, tum in systemate nervorum demum ante oculos nobis producitur. In morbis psychicis ideo praecipue adnumerare licet, quod ab initio ad finem usque morbi animus est alienatus et affectus tristitia, anxietate, timore, melancholia. Primus me judice, medicorum vetustissimorum descripsit paulo accuratius Celsus in Libro Vto. de medicina. Ad descriptionem morbi decursus inde a stadio infectionis ad mortem usque nunc me convertam.

Stadium infectionis a tempore eo est numerandum quo, ut plerumque fit, contagium rabiosum morsu animalis rabiosi conjungitur cum vasis sanguiferis vel lymphaticis in vulnere morsu procreato, vel cum loco cutis epidermide liberato. Certa tamen signa infectionis revera factae non habemus, sed plane ut videtur tum in-

ectio aderit, si homo quidam ab animante vel homine rabioso est violatus, vel saliva cum cutis partibus tenuioribus in contactum venit. Incerta sine dubio symptomata infectionis a qualitate vulneris sumta. Per experientiam tantum constat, contagium hydrophobicum primo tempore ad morbi eruptionem usque qualitatem vulneris nullo modo mutare, et hoc vulnus aequo modo decursum habere, quam cetera vulnera. Observasse se nonnulli dicunt, pus vulnerum intoxicatorum ab initio esse qualitate ichorosa; alii et cum iis Fr. Hoffmannorum in vulneris ambitu existere affirmant, si vulnus vera sit intoxicatum, et contagium nondum in totum organismum transierit; quamdiu torus adhuc adsit, nonnulli adeo contagium deleri posse absumto toro continent. Infectionis signa nonnullis sunt vesiculae in ambitu vulneris emergentes, vesiculis Marochettianis similes. Sunt autem vesiculae magnitudine valde diversae, fluidum modo rubrum, modo coeruleum continentes, quod contagio similem habet infectionis facultatem. Secundum Marochetti contagium hydrophobicum in glandulas sublinguales, in utroque frenuli linguae laterales, transfertur ibique vesiculas format contagium continent, quod plerumque intra tertium ad nonumque diem inde ab infectione animadvertitur. Quod contagium, si apparuerit, quum intra horas viginti quatuor est non deletum, resorbetur atque metastasi in cerebrum nervosque facta, hydrophobiam profert. Experientia tamen nullo modo haec comprobatur sententia, quum plerisque in casibus desint vesiculae modo descriptae.

Contagio hydrophobico proprium est, ut vim suam variis post infectionem temporis spatiis explicet in organismo. Causa eruptionis serioris vel ocioris in con-

stitutione et dispositione propria aegroti ponenda; sed haec res praesertim inde pendere videtur, qua via ac ratione contagium hydrophobicum transierit in organismum. Prius igitur morbus sese formare videtur, si contagium per venas, vel arterias morsu denudatas in sanguinem est receptum; serius efficacitatem habebit, si tantum a vasis lymphaticis, vel plexibus lymphaticis et glandulis resorbetur lymphaticis.

Prodromi, qui in genere canum interdum omnino absunt, in hominibus majoris haud dubie sunt momenti quippe rabiei eruptionem indicantes. **Prodromi** sunt quum locales tum universales.

Inter locales referendi sunt, qui in vulnere oriuntur et ad partes remotiores transferuntur. **Vulneris** inflammatio plerumque animadvertitur, si ad cicatricem nondum est perductum vulnus. Pus in fluidum ichorosum mutatur, vulnus livescit, et excrescentias producit luxuriantes, quas doloribus tantum summis tangere licet. **Dolores** repentini, aut trahentes aut lancinantes, qui nonnunquam per totum corporis latus diffunduntur, imo loco inde affecto nervorum sequuntur decursum ad cerebrum vel medullam spinalem. Cicatrix jam inducta ardorem, dolorem, pruritus movere incipit, colorem subito rubrocaeruleum, sordidum, lividum et postremo recrudescit, aut in ejus ambitu vesiculae emergunt. Interdum tantum partes violatae inflammatione corripuntur, intumescunt et dolores procreant, vel cicatrices tantummodo colorem mutant. Qui tamen prodromi non semper adsunt, vel tam parvi, ut facile negligere eoqueamus; vel post signa animadvertuntur universalis aequae ac cicatrices recruduerunt, etiamsi hydrophobiondum eruperit. **Symptoma**, quod in omnibus fer-

rimus casibus, est dolor in ea cutis parte, qua con-
gum corpori est illatum.

Ad prodromos locales accedunt universales, qui tum
ychici sunt, tum somatici. Aegroti plerumque animo
missi, tristes, melancholici, lenti, irritabiles, morosi;
eo tantum loquacitas, saepius animi hebetudo animad-
rtitur.

Interdum hac in periodo jam deliria existunt leviora
que conspicua, quod aegrotus persaepe mutat locum,
praeter consuetudinem loquitur secum. Res est sine
bio magni momenti, utrum sibi conscius sit aegrotus
riculi vitae, in quo versatur, nec ne.

Phaenomena morbosa sensibilitatis et irritabilitatis
njuncta esse videntur cum psychicis vel possunt ex
suspensa esse. Aegrotus est fessus, virium expers,
na adsunt febrilia. Nervi cutanei persaepe tam sunt
asibiles, ut flatus venti quantumlibet parvulus, vel
ellationes aëris, quas ambulando alii commovent, ab
grotto sentiantur. Dolores non raro obvii sunt, in
remitatibus, capite, regione lumbali, qui saepius ha-
ntur rheumatici. In musculis voluntarios motus per-
entibus spasmi, subsultus tendinum animadvertuntur,
mox apparatus musculorum organici, praecipue re-
rationis et cordis afficiuntur. Vox aegroti debilis,
nea, color faciei pallidus, oculi rubedine et fulgore
pprio insignes, adest photophobia, pupilla arctior, lu-
aga. Creberrime reperitur aurium susurrus atque
nitus, vertigo, horripilationes periodicae, dyspnoea,
orum potuumque fastidium, solitudinis amor. Som-
s est inquietus, terrificis interruptus somniis, quibus
groti animalia rabiosa sese angere putant, persequi
adsequi. Sed hae imagines terrificae vigilantibus
oque aegrotis ob oculos ducuntur, quo fit, ut habeant

timorem canum aliorumque animalium et hominum ignotorum. Nec minus vegetatio morbo est affecta, alveus est obstructa, adest fastidium atque vomitus saepe biliosus, cutis est sicca, frigida, pulsus debilis, acceleratus, nonnunquam plenus et durus. Mira est praesertim apud viros instinctus sexualis exaltatio, qui satyriasi et priapismo torquentur et saepenumero insatiabili cupiditate in venerem ruunt. Secundum Hamilton etiam obviam est contractio scroti spastica. Stranguriam nonnulli quoque animadvertisse se dicunt, quae tamen plerumque post applicatas cantharides vel vermes majales orta esse videtur. Haec phaenomena teste Rust per horas viginti quatuor aut quadraginta octo ipsam antecedunt hydrophobiam, non raro autem diutius, imo ad duodecimum diem protrahi dicuntur. In aegrotis quibusdam symptomata existunt perpauca, et modo localia, modo universalia pondus habent majus. Prodromi possunt intermittere, remittere, vel per tempus quoddam omnino abesse; denique nonnulli auctores symptomata saepe iterata, quasi hydrophobiam chronicam observasse ajunt. Quae tamen symptomata omnino desunt interdum, etiamsi eruperit rabies.

In stadio secundo adest hydrophobia, et tunc singularia nunc offert morbus symptomata, ut nemo, qui attentius intuetur aegrotum, de morbi natura dubitare amplius possit. Hoc usque ad stadium nisi contigit naturae vel arti delere contagium rabiosum, morbus rabiei eruptionem plane progreditur. Symptomata per modo valde sunt diversa. Sensibilitate praecipua systematis nervorum hoc stadium excellit; stimuli maxime exigui reactionem procreant vehementissimam et constantem spasticas laryngis et pharyngis. Diligenter tasse aegrotum largis haustibus aërem inspirare Brig

errat. Si exstat hydrophobia, rabiem jam exultam
 se dicere licet. Deglutionis difficultas, ut ipsi affir-
 mant aegroti, magis asthmatis cuidam tribuenda, quam
 ussae mechanicae, quae deglutire fluida aegrotos pro-
 beant. Superficies omnis corporis sic est sensibilis at-
 que irritabilis, ut tactus exiguus quisque cutis reactio-
 nem provocet maximam. Cephalalgia et ardoris ejus-
 dem in faucibus sensus hoc tempore ab aegrotis perci-
 untur. Siti quamvis ardentissima vexati liquida de-
 gustare nequeunt, nam bibitori magna tentantur anxie-
 tas et concutiuntur horrore, quibus deinde constrictio-
 nes spasticae laryngis et pharyngis, quin convulsiones
 et furor succedunt. Constrictiones pharyngis aegrotis
 praecordiis oriri videntur, et cardialgiae sensum pro-
 ducunt. Jam aspectus fluidorum vel corporum splen-
 didum, strepitus urinae missae, vel stillicidium quod-
 dam symptomata modo relata frequenter adducunt; cibi
 avidioris consistentiae autem plerisque in casibus sine
 ulla deglutiuntur incommodo. Sublata fluidorum de-
 gustatione, os impletur saliva, quae vel continuo effluit,
 vel in spumam mutatur atque ante os colligitur. Non-
 nulli aegrotorum suffocatoriis affectionibus tentantur,
 neco scilicet in cavitate oris collecto, quem quominus
 evadant, faucium spasmis impediuntur, qua de causa
 aegroti in lectulo recumbunt, sed vel sedent, vel brevissi-
 mis intervallis locum mutant. Permulti hydrophobi in-
 cognabilem alios conspuendi cupiditatem ostendunt,
 nonnulli sonos inarticulatos et ululatus emittunt, atque
 furor et rabies tantus evadere potest, ut aegrotos vinciri
 oporteat. Conscientia inter paroxysmos abesse vel in-
 certa potest servari. Plurimi aegroti, quae inter insultum
 acciderint, perbene reminiscuntur, et haec temporis

spatia, quibus conscientiam recuperant aegroti, modo longiora, modo breviora.

Rabiei impetus tamen in dies augentur, multo fieri vehementiores, continui, rarius intermissiones animadvertuntur per tempus longius protractae. In hydrophobis nonnullis rabiei impetus omnino absunt, et conscientiam sui ipsius ad mortem usque tenent. Facies pallida inter paroxysmos rubedine insignis, oculi micant, vultu iram et timorem simul exprimere videtur. Motus febriles raro tantum obvii, sed tamen inter impetus spasticos pulsus est irregularis, acceleratus, inaequalis, suae vitae finem fit spasticus, tremulus, debilis, vix numerandus.

Cutis est sicca, et sub paroxysmos solum sudores conspicimus largos, partibus modo quibusdam erumpentes. Excretiones omnes in universum sunt parcae. Urina aegre tantum mittitur, colorem habet rubrum, et interdum secessus urinae inscii inveniuntur.

Alvus est obstructa, erectiones et pollutiones apud viros, imo satyriasis, in mulieribus nymphomania accedit. Sanguis e vena missus valde resolutus, fluidus, aquosus, colore odoreque mutato, similitudinem offensionis lymphae puriformis ichorosae. Sanguinis decompositiones et permutationes eo, ut videtur, procreantur, quae inter spasmos desit in pulmonibus resorptio, simulque demonstrant, rabiem oriri a sanguine et symptomata nervosa tantummodo esse secundaria.

Stadium tertium vel supremum vel paralyticum vix per nycthemeron protrahitur. Quo saepius redeunt spasmi, quo breviores intermissiones, tanto celerius aegroti diem obeunt supremum; paroxysmi tum in delirio transeunt blanda, spasmi tonici in palpitationes abeunt. Pulsus fit minimus, debilis, frequentissimus, respira-

est impedita, rhonchus exoritur trachealis. Os siccum, lingua est rimosa, mucosum discolori obiecta. Plerumque sphincteres ani et vesicae paralyti afficiuntur, unde secessus involuntarii proficiscuntur; pupilla dilatatur et aegret. Nonnulli aegri quasi apoplexia nervosa moriuntur subito vel inter paroxysmum vel in apyrexia; tam spasmi quam furoris insultus remittunt, aegroti tranquilli evadunt, taciturni; alii animi deliquiis aut sopore vel syncope corripuntur, hydrophobia cedit et potus oblatos aegrotus sumere et deglutire sine ulla difficultate potest. Paralysis denique organorum respirationis, cordis, cerebri vitae finem ponit, eamque ob causam hoc stadium vocatur paralyticum. Diagnosi morbi difficultas est conjuncta parvulis, quum singularia offerat orbis symptomata. Hydrophobiam symptomaticam, ex medio tantum, vel imaginationibus falsis, vel spasmodicis oris et glottidis profectam, facile a contagiosa dirimere possumus, quippe aegroti os aqua implere sine reactione queunt, et tantum deglutire non possunt, sed citius redduntur tranquilli, si exspuere fluidum possunt. Quae tamen alia habemus in hydrophobia contagiosa symptomata, qua jam labiorum humectatio, vel potus venti perparvulus convulsiones, spasmos et suffocationes ciet.

Morbi decursum in canibus, quorum morsibus in homines plerumque transfertur rabies, paucis verbis enarrare mihi licet. Observationes accuratissimas hoc in genere debemus viro Ill. Hertwig. Est autem duplex rabiei in canibus genus, rabies furibunda et blanda. Modus, quo sese gerunt canes, semper mutationem quandam offert; iniquis adest singularis, qua pulsus locum aut abile saepius mutant, et foras evadere et circumvagari

studeant. Corpora temperiei frigidae lambere, insolitis
 frui alimentis, ut ligno, corio, stramine, lana, incipiunt;
 obstructio quoque existit alvi, quum pauci modo canes
 per intervalla cibi mollioris aut liquidioris aliquid su-
 mant. Mordendi cernitur cupiditas, praesertim si ad
 iram incitantur. Hiante ore muscas quasi captare co-
 nantur. Omnium tamen symptomatum certissimum et
 quasi pathognomonicum, quod praecipue Hertwig et
 Veith commemorant, in vocis et latratus mutatione cer-
 nitur. Latrandi facultas quidem suppetit, vox autem
 gravior, rauca et quasi anxiosa. Latratus sub finem ex-
 spirationis in ululatum transit brevem. Conscientiam canes
 secundum Hertwig ad vitae usque finem tenere
 dicuntur, nam per totum ferme morbum domini sui vo-
 cem distinguunt et imperata faciunt. Instinctum sexual-
 lem rabie augeri permulti quidem dixerunt, attamen ex-
 perientia hanc sententiam non confirmavit. Aquam et
 alia fluida videre et lambere possunt. Habitus externus
 mutatio in canibus, rabie furibunda laborantibus, initio
 tam exigua esse potest, ut majore tantum attentione cog-
 noscatur; secundo vel tertio morbi die oculi aliquan-
 tulum rubefiunt et palpebrae per intervalla committuntur
 tanquam oculi sint lucis impatientiores; cutis frontis et
 regionis supraorbitalis in rugas contrahitur, qua re vultus
 canis redditur somnolentus, morosus, molestus. Sub
 morbi exitum turbidi ac languidi oculi evadunt, nunquam
 vero ferociore, mobiliore, magis fulminante, ut prioribus
 morbi stadiis. Brevi tempore macies quoque uni-
 versi corporis prodit, quae partim morbo ipsi
 partim recusatis pabulis imputanda est. Macie illa
 externam corporis speciem reddit tetram, hirsutam,
 etenim pili horrescere videntur. Os canum
 rabie furibunda laborantium plerumque siccum, rariu-

olum saliva vel spuma obiectum reperitur, nonnunquam deo labia et lingua, ut in febribus, plane arescunt, quare inde a primo morbi tempore corpora frigida demambere solent. Contrarium quoque, nempe ut salivatio riaratur, accidere potest, si pharyngis affectio et intumescencia praepedit canes, quominus salivam deglutiant. Vires quamdiu suppetunt, caudam solito modo gestant, necrescente vero debilitate magis minusve eam demittunt atque cruribus posterioribus interserunt, nunquam autem ad imi ventris superficiem eam applicare canes experientia edocti sumus. Gressus primo tempore nullo modo mutatus, saepe a via directa deflectunt, huc et illuc discurrunt; vel si mordendi adest paroxysmus, in transversum saliant, ut obvia morsibus petant. Gressus procedente morbo vacillans, temulentus, postremo vero paralysis posterioris corporis partis, praesertim posteriorum extremitatum oritur, qua re canes rabiosi saepe posterioribus insidentes conspiciuntur. Conscientiae defectus magnaue capitis temulentia, in supremis praecipue morbi periodis, efficiunt, ut a linea directa incurrando non deflectant, donec vel fessi et exhausti corruant, vel re quadam fortuito obviam veniente prohibeantur.

In rabie blanda signa obvia sunt fere aequalia; notandum vero est, canes hac rabie captos magis esse taciturnos, quietos atque tristes. Paulo post morbi exordium maxilla inferior dependere atque relaxari incipit, quo fit, ut canes nihil paene fluidorum deglutire queant; eademque de causa larga saepe saliva ex ore profunditur, quod symptoma in priore specie rabiei non habemus. Gradus paralysis musculorum maxillae inferioris valde differunt inter se; modo enim mobilitas maxillae per totum morbi decursum omnino deficit, modo

maxilla resoluta levi digitorum compressione admovetur anteriori et ita os clauditur. Cetera symptomata tam universalialia quam localia eadem, quae in rabie furibunda commemoravi. Decursus rabiei in speciebus morbi ambobus valde diversus; mortem certo obeunt, quae quidem aut virium adducitur exinanitione paulatim crescente, et plerumque intra diem sextum et octavum inde a morbi exordio, aut apoplexia quadam subito ingruit. Causas si examinamus, quae rabiem spontaneam canibus inferant, primum aëris constitutio atque tempestas maximi sine dubio est momenti, quamvis medici hac quoque de re haud parum inter se dissentiant; nam quibusdam annis et praecipue aestate valde calida saepius observatur rabies quam aliis, quibus nec frigus nec calor modum excedit rectum. Hanc quoque causam nonnulli negaverunt, morbum post frigidissimas hiemes calidissimasque aestates haud saepius usu venire rati quam annis aliis, canesque tempestatis injuriis maximis submissos rarius aegrotare, quam qui in cubiculis degant vitam. Haec tamen eo redarguitur sententia, quod homines incultos et ruri habitantes, gravissimis saepe tempestatis injuriis expositos, rarius videmus aegrotantes quam eos, qui urbem incolunt. Genus vivendi magnum est ponderis canibus, quum alii domi alimentis fruuntur optimis, alii quae obviam veniunt substantiis pravis et corruptis, ideoque nimis excitantibus et acribus, aqua paludosa et putrescente uti sint coacti. Causam occasionalem nonnulli quoque venerem prohibitam asseruerunt, eo hanc sententiam demonstraturi, quod morsibus canis oestro venereo excitati hydrophobia hominibus inferatur, quod canes masculi saepius in rabiem incidant quam feminae, atque regionibus orientalibus, ubi canes

exus utriusque libere discurrant, rabies perraro tantum
 aveuiatur.

Vulgi etiam est opinio, canes unguibus lupinis in-
 structos, morsibus quamvis canis rabiosi tentatos, in
 rabiem non incidere. Veithii denique placita, qui dis-
 positionem ad rabiem spontaneam in singulari consti-
 tutione animalium carnivororum, in praevalente syste-
 matis spinalis actione, digestionis rapiditate et ad furo-
 rem proclivitate, aliisque in rebus ponendam putat, de-
 finitiones tantum sunt teleologicae. Cetera, quae de hy-
 rophobiae indole atque causa proxima sunt allata, in
 onjecturis sunt habenda, quibus deest auctoritas, fides,
 aterdum sana mens et ratio. Rabiei decursum in aliis
 escribere animalibus longum ac supervacaneum vide-
 ur, quoniam symptomata, exceptis perpauca, prope
 unt eadem.

SECTIO CADAVERUM.

Sectiones sdhuc in cadaveribus institutae nihil certi
 de natura morbi atque sede nos docuerunt, quum pa-
 rum inter se consentiant et magis morbi sequelas quam
 causas prodiderint; itaque ea tantum sunt enumeranda,
 quae observatores singuli animadverterunt. Primum con-
 spicua est macies universalis, deinde putredo mox post
 mortem incipiens, atque non exigua aëris in sanguine
 et tela cellulosa accumulatio.

Froriep magnas multasque bullas invenit in san-
 guine atriorum et ventriculorum, aortae et vasorum pul-
 monalium, aequalia fere observavit Trollet, qui in
 cavo cordis et in aorta thoracica tam magnam aëris
 quantitatem collectam vidisse se contendit, ut quum
 scalpello aperiret partes, bullae cum sanguine emitte-
 rentur, aërem continentes. Similia fere ex aliorum ob-

servationibus resultarunt. Sanguis liquidior, colore au-
 sterior, ut jam **Boerhave** commemorat, e vasis scal-
 pello incisus lubentissime effluit et celerrime a tela cel-
 lulosa imbibitur; qua re facile intelligi poterit, unde
 oriatur rubedo auctior cordis valvularum, membranae
 cordis serosae, tunicae intimae arteriarum, praesertim
 aortae, musculorum et telae cellulosae. Quaestiones de
 nervis hucusque institutae nihil nos docuerunt, quod ad
 morbi sedem et naturam perducere nos queat; imo om-
 nes fere sunt nullius momenti. Nervi cutanei, sub vul-
 nus ipsum siti, in casibus nonnullis parum inflamma-
 ti sunt reperti; attamen non satis constat, utrum tractatio
 irritans vulneris, an canis rabiosi morsus hanc provo-
 caverit rubedinem, quum propagatio amplior inflamma-
 tionis non adfuerit. Inflammationis signa in nervo vago
 aliisque nervis, ut phrenico et sympathico, quae non-
 nulli observasse se volunt, ab aliis, qui se contrarium
 fere invenisse ajunt, sunt refutata, quum neuritidem sic
 visam nulla re alia, quam sanguinis liquefacti imbibitione
 ortam esse demonstrant. Novissimis tamen temporibus
 observationibus contigit perquam accuratis **Frorepius**
 degeneraciones investigare tertii ganglii cervicalis in utro-
 que colli latere, quippe quum magno vasorum numero
 majore tenacitate et sanguinis atrocitate, granosum et
 ambitu valde auctum dissectum hoc ganglion inveniret
 ita ut magnitudine superaret ganglion supremum. Ner-
 vus vagus, glossopharyngeus, nervi cervicales et ganglia
 cervicalia sympathici suprema integra ab eodem sunt
 reperta. Vasa durae matris sanguine repleta, serum vel
 sanguinem in ventriculis cerebri diffusum membranae me-
 dulla spinalis et plexus choroidei injectionem se vi-
 disse plerique contenderunt.

Organa respirationis a glottide in bronchia usque

bedine plerumque erant insignia, atque impleta mate-
 spumosa ac mucosa; pulmones sanguine, multis bul-
 instructo, emphysemate lobulari tuebant. Tunica
 atriculi et intestinorum mucosa vel inflammata vel la-
 et exulcerata, imo gangraenosa; hepar, renes et
 en inflammati et sanguine nimis impleti; vesica fellea
 ostantiam continebat tenacem, discolorem; vesica uri-
 ria urina vacabat; corpora cavernosa penis et uterus
 erdum intumuerant. Praeterea nihil memoratu dignum
 observantibus est repertum, quorum plurimi se nul-
 invenisse alienationes affirmant.

PROGNOSIS.

Quod attinet stadia, in quibus versatur morbus,
 gnosis est modo melior, modo pejor, quamvis, ut su-
 jam memini, in iis habenda est hydrophobia morbis,
 praesagium tantum pessimum, imo in stadio primo
 nisi valde dubium admittunt. In prima morbi pe-
 do spes adest eo major, quo prius prophylaxis loca-
 adhiberi poterat: sed tamen nondum satis innotuit,
 quamam morbi periodo prophylaxis localis efficaci-
 em habeat quandam: exempla enim exstant, quibus
 prophylaxis sero demum applicata morbum prohibuit,
 x post laesionem vero adhibita morbi eruptionem
 ertere non potuit. Verum tamen prognosis in univer-
 n eo pejor redditur, quo serius prophylaxis adhiberi
 terat, quo magis prona est ad rabiem aegroti singula-
 dispositio atque constitutio. Vulneris mordendo il-
 natura et qualitas magni quoque haud dubie est
 menti: nimirum vulnera, quibus majores nervorum
 ni vel membranae fibrosae vel tendines sunt violati,
 jus adducunt vitae periculum; in iisdem versantur
 additionibus vulnera capitis, faciei et colli, quibus cau-

teria acria ob partium finitimarum gravitatem applicari non fas est. Vulnera magna, quae in superficie decurrunt, prognosin admittunt meliorem, quam quae sunt profunda, quia sanguis in profundis non tam libere effluere, suppuratio non tam larga adesse, cauteria non satis applicari possunt. Genus quoque animalis, quod morsum intulit, respiciendum, quum nonnullis, ut Richter, venenum luporum rabiosorum acrius et efficacius esse asserant quam canum. Rarius ab homine ad hominem transfertur, sed tamen errant, qui in hominibus contagium formari in morbi decursu negent.

Prodromi si jam adsunt, qui systematis nervorum affectionem demonstrant; si adsunt dolores in vulnere qui nervorum sequuntur decursum centripetalem, vel medullam spinalem, ad fauces vel ad pectus protrahuntur; si cicatrix recruduit jam inducta, excrescentiaeque luxuriantes si existunt, aut in vulnere ambitu vesiculae illae supra jam memoratae oriuntur; si jamjam adsunt hydrophobiae symptomata, tum in pejus sane morbus conditio convertitur.

Rabiei ipsius et hydrophobiae quum habeamus argumenta, quumque innotuerit nobis infectionem esse certa factam, tum prognosin quis sit qui vocet bonam. Spes tunc nulla paene affulget aegrotis, quando quidem non habemus remedium, quo rabiem excultam debellare queamus, et mors fit domina campi.

CURA.

Curatio quum certa careat basi, scientia et ratio firma, finem quoque et consilium persequitur incertum quo fit, ut literatura therapeutica hydrophobiae suspicionibus rigeat, multaque habeamus remedia, eveniunt fere nullos. Prophylaxis universalis legibus tantum

i potest, quae canum diminuunt nimium numerum, vengali canibus imposito; prophylaxin individualem perere medici est. Afferam primum quae medico sint faenda, qui rationem mentemque sanam sequitur in cundis morbis, qui caussae sibi semper est conscius, cur e vel illo utatur remedio. Sub finem modo remedio-um cumulum enumerem, quae in usum vel externum l internum vocata, eventus vel nullos vel perparvos ntum praebuerint. Medicamina omnia, nisi cura loca- antecedit morbo accommodata, consilium non asse- untur.

Primum venenum remove e vulnere aut delere compositione chemica studeamus, antequam resorptio succum et sanguinem facta sit; hoc nunquam reme- s internis sed tantum externis effici posse, nemo ne- re poterit. Excisio vulneris in quamque directionem rtissimum sine dubio prophylacticum, et eo tutius ae- otum e vitae periculo eripiet, quo prius post laesionem, o accuratius perficitur excisio.

Potissimum hujus methodi commodum in eo est, ut rtes omnes, quae infectionis suspicionem movere pos- nt, remove, integras intactas relinquere queamus. Excisio plerumque in vulneribus recentioribus est lau- ta. Plerique medici excisionem vulneris unicum fere certissimum esse prophylacticum asseruerunt, neque isquam hac de re dissentire poterit. Cavendum ta- en in excisione. ne scalpelli superficiem vulneri semel versam, postea partibus sanis obvertamus, et ita cum groto iterum communicemus, deleturi contagium. Ubi tem vulnera sunt permulta atque ita posita, ut partes organa nobiliora excisione destruerentur, tum haec ne rejicienda erit, et hoc in casu secundum Mederer

vulnera dilatare, scarificare et Kali caustici solutione tractare debemus.

Excisionem quum perfecimus, suppurationem aducamus atque sustentemus largam, quem ad finem vultus eluamus fluido quodam irritante, Kali caustici solutione, argento nitrico fuso, pulvere Cantharidum deinde linteam carptum hoc imbutum eo usque applicandum est, donec inflammatio ingens atque gangraena sit exorta. Quamdiu suppuratio sit alenda, medicus ipse dirimat; in vulnere recente et superficiali per septem hebdomades, si est vetus, ad cicatricem jam perductum per menses quosdam sustentetur necesse est.

Cauteria deinde potentialia et actualia secundum experientiam remediis prophylacticis efficacissimis sunt adnumeranda et vel sola adhibenda, si partes vulneratae sunt tales, ut scalpellum non sine periculo adhibere possimus, vel cum excisione conjungenda sunt. — Substantiae chemicae, quae contagium rabiosum destruant applicandae tantummodo postquam depuratio vulneris accuratissima facta est. Spongia igitur in aquam tepidam immissa partes omnes, quae infectionis suspicionem movere possunt, eluantur; vulnus si est recens, sanguinis fluxus fomentationibus, vel balneis tepidis, vel a partis violatae positione alatur. Deinde haec praecipue laudantur cauteria: Alcalia caustica fixa, Kali causticum, liquor Ammonii caustici, acetum vini, acidum sulphuricum, acidum muriaticum et nitricum, praecipue vero aqua Chlori, Chloretum calcariae et alia chlori salia. Omnia tamen haec remedia diluta tantum esse applicanda ne sanguis coaguletur neque lumen vasorum diminuat dissectorum haud quisquam dissentiet. Fluidis hisce vulnera et partes infectionis suspicionem moventes eluantur.

Tum vero ad remedia transeamus illa, quae inflammationem in vulnere procreare et suppurationem adducere debent. Hunc ad finem permulta medicamina sunt data; afferre quaedam tantum liceat. Pulverem candidum in vulnus spargi, idque postea emplastro Candidum obduci Schmucker jubet; alii unguentum estivum cum hydrargyro praecipitato rubro vel Kali caustico conjungunt; solutionem Kali caustici sicci Meier et Youatt, butyrum Antimonii Thierry, Leux et Schallern, acidum sulphuricum concentratum Bidler laudat.

Ferrum candens, a multis quamvis temporis anterioris et recentioris collaudatum, tamen non satis certum est remedium, quum non omnes, quas debet, partes fruatur, escharamque procreat siccam, quae vulneris suppurationem per tempus quoddam opprimit et ita immittit, quominus contagium libere emanet. Vasorum fines ferro candente tacti, contrahuntur quoque et ita fieri solet, ut repellamus contagium in sanguinem, neque removeamus. Pulvere pyrio usi sunt nonnulli ad cauterisandum vulnus; omnino tamen mihi rejiciendus esse videtur, quia adustionem modo in superficie vulneris profert, minime in profundum penetrat vulnus.

Nec tamen cura prophylactica localis satis fidei habere visa est, sed curam internam nonnulli adhibuerunt medici, qua se partim hydrophobiam metuendam arcere, partim exquisitae mederi posse hic et illic putabant.

Errores hic et dubia plurima sunt orta, atque in casibus oriuntur, quoniam basi certa curandi ratio caret, quae omnibus, qui sunt observati, in casibus satis intuit, num curae locali, an universali eventus aliquis vastus tribui possit.

Breviter tantum afferre mihi liceat medicamina in

usum vocata, omissa epicrisi, quam eventus jamjam fecit omnibus, quare verba facere de ea non opus est. Illa igitur sunt inoculatio veneni acrioris ad provocandum contrastimulum, infusio et transfusio, potus sanguinis tepidi, e vena modo missi, galvanismus, compressio carotidum, deinde acida mineralia, acetum vini, Belladonna, Stramonium, Hyoscyamus, Digitalis, Nuxvomica, Opium, Nicotinum, Camphora, Moschus, Cantharides, Meloë majalis, Hydrargyri praeparata, Anagallis avensis, Alisma plantago; omnia porro remedia quae acidum hydrocyanicum continent: dein Artemisia vulgaris, Abrotanum, Pimpinella, Ruta graveolens, Lycopodium clavatum, Taxus, Salvia, aliae Compositae quoque permulta habemus, in quibus remedium principis Blücher ex concisis nucibus juglandis maturis et herba Rutae recente cum melle puro remedium est; Schwarzenbergi, cujus partes constituentibus adhuc sunt ignotae; Toneyi ex pulveris Cantharidum hydrargyri muriatici mitis, Camphorae $\bar{a}\bar{a}$, Opii puri, pulveris radice, Belladonnae $\bar{a}\bar{a}$ gr. β , Sacchari albi gr. α . Kovati ex decocto radice asclepiadis vincetoxici, cortice Crategi torminalis et partium intimarum Allii sativi sunt numeranda. Quae tamen omnia composita laudantur tantum, quoad partes constituentes erant ignotae. Nullo vero modo remediis internis omnino abstinemus, etiamsi de inutilitate nobis satis sit persuasum, sed omnia experiamur, quae secundum experientiam vel analogiam salutaria nobis videantur.

Ex omnibus remediis modo allatis optimum hucumque praebuerunt eventum atque digna sunt, quae adhibeantur: Belladonna, Hydrargyri praeparata atque Cantharides. Natura morbi quum nobis non satis innotuerit, curam quoque, quae omnibus sit accommodata e-

us, non habemus: itaque therapia morbi erit aut symptomata aut empirica. Si adest status erethicus, medium antiphlogisticam vel localem vel universalem addeamus, caventes semper, ne nimia sanguinis derivatione vires aegroti justo magis affligamus; vitemus omnia, quae excitare possint animum aegroti; alvi obstructions clysmatibus et remediis drasticis expendae, cutis et renum secretiones infusis diureticis diaphoreticis sustentandae. Calomelane interne tum possumus atque unguento hydrargyri cinereo ad saturationem usque. Contractiones spasticas laryngis impugnemus cataplasmatibus ac vesicatoriis; aegrotos fibra a nervisque torpidis instructos, in quibus morbus ulatim modo procedit atque symptomata multo sunt tiora, medicaminibus irritantibus, cantharidibus interne, sinapismis ac vesicatoriis externe tractare fas est. Quando sensibilitas exstat nimia, uti apud hypochondriacos, hystericas vel infantes, tum eam impugnemus acidis mineralibus, Opio, Moscho, Castoreo, Camphora, Bellonna. Alia quae adsunt symptomata morbosa, ut suria, suffocationes, spasmi tonici, singultus, cardiaci, remediis aptis, velut cataplasmatibus, Opio vel Camphora conjunctis, Laudano in pectus inuncto, sinapismis, vesicatoriis, olei tepidi inunctionibus, linimentis aromaticis, sunt removenda. In universum conclave aegroti a tumultu remotum, nec calidum, nec frigidum, ne nimis pateat luci; custodes aegrotorum sint prudentes, impavidi, prohibeantur omnia, quae aegrum sollicitate atque torquere possint, quum curatio psychica maxime sine dubio sit momenti, sermocinatione omnia vitemus, quae de vitae periculo, in quo versatur, certiorum facere aegrotum, aut in animum ei revocare possunt praeterita, animique tristitia discutiatur colloquiis

blandis. Potum tantum, quousque ipse petit aegri
praebeamus; hydrophobia si jam erupit, nil superest
nisi ut faciamus, quae humanitate jubentur; vincere a
grotum repugnantem, atque severitate tractare eum nu
pacto licet, quia eo ad summam tantummodo incitantur
iracundiam atque furorem, ac per se neque dolum
hibent, neque exhortationibus sunt inobedientes. Mo
eripere quempiam si nobis contigerit remediis applica
aptis, id quod perraro tantum fieri solet, omnia sunt
cenda in reconvalescentia, quae sanguinis vel nervorum
systema irritare atque commovere possint.

L I T E R A T U R A.

ndry's Untersuchungen über die Wuth nach dem Bisse toller Thiere. Aus d. Franz. Leipzig 1785.

enedict, Ideen zur Begründung einer rationellen Heilmethode der Hundswuth nebst einer Vorrede von Rosenmüller. Leipzig 1808.

neaux, Methode de traiter les morsures des animaux enragés et de la vipère, suivie d'un précis sur la pustule maligne. Dijon 1785.

ontana, Beobachtungen über die Natur der thierischen Körper und das Viperngift. A. d. Ital. von Hebenstreit. Leipzig 1785.

othergill, Abhandlung über die Natur der Krankheit, die durch den Biss eines tollen Hundes veranlasst wird. A. d. Engl. von Werner. Wien 1810.

amilton's Bemerkungen über die Mittel wider den Biss toller Thiere. A. d. Engl. Leipzig 1787.

ecker's Annalen. 1825 Jan., 1827 Juni, Novbr.

orn's Archiv. 1825 März, April, 1827 März, April.

ufeland's u. Osann's Bibliothek. 1824 S. 181, 1829 Septemb., 1835 Mai.

Hildenbrand, Ein Wink zur näheren Kenntniss und sicheren Heilart der Hundswuth. Wien 1797.

Mederer, Syntagma de rabie canina. Friburg, 1783.
Deutsch mit Anmerk. und einem Anhang. Nürnberg 1809.

Portal's Bemerkungen über die Natur und Heilung der Wuth vom Bisse toller Thiere. A. d. Franz. Leipzig 1782.

Le Roux, Ueber die Wuth. A. d. Franz. Tüb. 1795.

Rust, Aufsätze u. Abhandlungen aus dem Gebiete der Medicin. Bd. II.

Trolliet, nouveau traité de la rage; observations cliniques, recherches d'anatomie pathologique et doctrine de cette maladie. Lyon et Paris 1820.

Wendt, Darstellung einer zweckmässigen, durch die Erfahrung bewährten Methode zur Verhütung des Wasserscheu nach dem Bisse eines tollen Hundes. Breslau 1824.

V I T A.

Natus sum ego Arminius Seydel die XII mensis Januarii anno hujus saeculi vigesimo primo in pago Pomeraniae, quem vocant Ellguth, prope Novum forum opulenti loco sito, patre Christophoro, matre Ernestina de genere Unverricht, quos morte mihi jam diu ereptos vehementer doleo. Confessionem profiteor evangelicam. Primis literarum elementis domi imbutus, ad gymnasium Fridericianum Vratislaviense, quod per sex annos frequentatum reliqui, et ibidem a Gymnasio Catholico maturitatis testimonio instructus, anno MDCCCXXXIX. in aliam literarum universitatem Vratislaviensem adii, ubi ab Ill. Hahn, fascibus academicis tenente, in numero academicorum adscriptus, apud Ill. G. A. Retzlacher, t. t. Decanum facultatis medicae spectatissimum, nomen dedi. Usus sum hisce disciplinis: logicae et psychologiae Ill. Thilo; botanicae tam generalis quam specialis Ill. Nees ab Esenbeck; mineralogia Ill. Glocker; zoologia Ill. Gravenhorst; chemia theoretica, practica et pharmaceutica Ill. Fischer; physicae experimentali, lucis et caloris phaenomenis Ill. G. A. Retzlacher; anatomia corporis humani, historia foetus, sectionibus forensibus Ill. Otto; osteologia et syndesmologia Ill. Barkow, qui iidem viri Illustrissimi cadavera secandi artem me docuerunt; physiologia experimentally illustrata Ill. Purkinje; pathologia et semiotica atque encyclopaedia medica Ill. Henschel; materia medica Ill. Klose; therapia Ill. Remer; chirurgia Ill. G. A. Retzlacher, qui idem fascias imponendi artem et de instrumentis me docuit; morbis psychicis Ill. Wendt; morbis syphiliticis Ill. Remer jun. — Tempore paschali anni MDCCCXLII. Vratislavia relicta, ad hanc aliam universitatem Berolinensem me contuli et ab Ill. Dieterici, t. t. Rectore magnifico, inter cives academiae receptus,

apud Ill. Juengken, t. t. Decanum ordinis medicorum gratiosi maxime spectabilem, nomen dedi. Per semestria, quae supererant, hisce usus sum praeceptoribus excellentissimis: Ill. Hecker de historia medicinae; Ill. Wagner de medicina forensi atque politica medica; Cel. Romberg de auscultationis et percussione principis Ill. Kluge de arte obstetricia.

In clinicis medicis, chirurgicis, ophthalmiatricis, gynaecologicis duces mihi fuerunt: Ill. Schoenlein, Cel. Truestedt, Cel. Wolff, Ill. Juengken, Ill. Dieffenbach, Cel. Kluge.

Quibus omnibus viris, optime de me meritis, maximas ago semperque habebō gratias.

Jam vero tentaminibus, tam philosophico quam medico, nec non examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine et auspiciis Ill. Mueller, Decani spectatissimi, rite absolutis, spero fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis, summi in medicina et chirurgiae honores in me conferantur.

T H E S E S.

1. Sanatio eo celerius procedit, quo simpliciora ad morbum curandum habeamus remedia.
 2. Ad morbos pulmonis et cordis accurate cognoscendos auscultatione et percussione opus est.
 3. Tuberculosis retrocedere contendo, si extiterit morbus cordis.
 4. Monstra ad spectu rerum, terribilium nasci non possunt.
 5. Causa mortis earum feminarum, quae sectione caesarea facta defunguntur, non semper est inflammatoria.
 6. Venena metallica usu continuo gravius quam dos una quamvis magna nocent.
 7. Pyromaniam non existere.
-

apud Ill. Juengken, t. t. Decanum ordinis medicorum gratiosi maxime spectabilem, nomen dedi. Per semestria, quae supererant, hisce usus sum praeceptoribus excellentissimis: Ill. Hecker de historia medicinae; Ill. Wagner de medicina forensi atque politica medica; Cel. Romberg de auscultationis et percussione principibus; Ill. Kluge de arte obstetricia.

In clinicis medicis, chirurgicis, ophthalmiatricis, gynaecologicis duces mihi fuerunt: Ill. Schoenlein, Cel. Truestedt, Cel. Wolff, Ill. Juengken, Ill. Dieffenbach, Cel. Kluge.

Quibus omnibus viris, optime de me meritis, maximas ago semperque habebo gratias.

Jam vero tentaminibus, tam philosophico quam medico, nec non examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine et auspiciis Ill. Mueller, Decani spectatissimi, rite absolutis, spero fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis, summi in medicina et chirurgiae honores in me conferantur.

T H E S E S.

1. Sanatio eo celerius procedit, quo simpliciora ad morbum curandum habeamus remedia.
 2. Ad morbos pulmonis et cordis accurate cognoscendos auscultatione et percussione opus est.
 3. Tuberculosin retrocedere contendo, si existens morbus cordis.
 4. Monstra ad spectu rerum, terribilium nasci non possunt.
 5. Causa mortis earum seminarum, quae sectione caesarea facta defunguntur, non semper est inflammatoria.
 6. Venena metallica usu continuo gravius quam de qua una quamvis magna nocent.
 7. Pyromaniam non existere.
-

NARROW GUTTERS

(1-2 CHARACTERS

LOST ON

SEVERAL PAGES)